



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

§. 1. Quid obstinatio, & cur obstinati difficulter convertantur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

## §. I.

*Quid obstinatio, & cur obstinati difficulter convertantur?*

**O**bstinatio inflexibilitas est voluntatis, quæ alicui commutabili bono affectu agglutinata, ab eo propter Dei iussione[m] renuit recedere. Oritur hæc ex amoris magnitudine; qui dum plenè & integrè alicui creaturæ inhæsit, ægrè sese finit indè avelli; & quò amplius crescit, eò fortiùs eidem dilectæ animam tenet affixam. Hinc generale SS. Patrum monitum est, ut tentationum initiis fortiter nos opponamus: cum enim à pravo affectu adhuc liber est animus, illi-  
cienti cupiditati haud difficulter resistit: postquam verò illi victas manus dedit, ejusque affectionem recepit, ut cum Chryso-stomo loquar, *difficillimum est resistere*. Cum enim ejus desideriiis saturandis obsequi cœperit, atque indè delectatio fuerit subsecuta, prava illa roboratur affectio, atque animo, ut ita dicam, invisceratur; ac per hoc jam alligat eum ut indè abrumpere amorem, & ad utilia conferre non audeat. Quia cum conatus fuerit, dolorem ingerit inveterata affectio.

*Hier. 87:  
in Matth.*

ctio, cui dolori succumbens à pernitiosis  
*Lib. 6. c. 2.* delectationibus nolet abscedere. Hinc il-  
*in lib. 1. Reg* lud Gregorii: *Ante casum à liberis facile pec-*  
*cap. 14. Is.* *cata vitantur, sed si nolunt vitare cum possunt,*  
*Serm. 24.* *postea non possunt si volunt, quia perfectè velle non*  
*cap. 14. Is.* *possunt. Et post ipsum Aëlredus: Porrò qui*  
*cap. 14. Is.* *ipsis passionibus manus dederit, & se servituti*  
*cap. 14. Is.* *tradiderit vitiorum, omni virtute spoliatus im-*  
*cap. 14. Is.* *berbis, & quasi in fœminam resolutus agnoscitur.*  
*cap. 14. Is.* *Videat charitas vestra, Fratres, multò facilius est*  
*cap. 14. Is.* *ante lapsum vitia declinare, quàm datam eis se-*  
*cap. 14. Is.* *mel manum eorum potestati subducere. Quod si*  
*cap. 14. Is.* *vinculis consuetudinis quis fuerit irretitus, in*  
*cap. 14. Is.* *omnibus debilis, & inermis, & quasi fœmineus*  
*cap. 14. Is.* *invenitur. Et hoc, ait S. Prosper, fit justò*  
*cap. 14. Is.* *Dei iudicio, ut qui cupiditati resistere nolimus*  
*cap. 14. Is.* *merius l. 2. ingressuræ, jam resistere nequeamus ingressæ.*  
*cap. 14. Is.* *Ex quo salubriter infert S. Gregorius:*  
*cap. 14. Is.* *Malè ergò, inquit, mederi concupiscentiæ mor-*  
*cap. 14. Is.* *bo satagit, qui adhuc explere concupiscentias pec-*  
*cap. 14. Is.* *cando cogitat, ut quiescat: tantò quidem erit*  
*cap. 14. Is.* *post peccatum concupiscentia major, quantò ipsa*  
*cap. 14. Is.* *sibi esse incipit peccati delectatio gratior.*

Hæc itaque prava affectio seu malus  
 amor ita auctus & roboratus ut contra-  
 rios sibi renisus plenè evicerit, pertinaci-  
 ter facit animam Dei iussis resistere: pro-  
*Prov. 18* pter quod scriptum est: *Impius cum in pro-*  
*vers. 3.* *fundum venerit peccatorum, contemnit. Hunc*  
 sal-

Saltem concedit Appendix difficulter  
 converti ; nec immeritò : est enim obsti-  
 natio unum è peccatis in Spiritum San-  
 ctum , cujusmodi propter summam ar-  
 duitatem dicuntur irremissibilia. Propter  
 quod dum talibus obstricti convertuntur,  
 dicit eos S. Thomas , omnipotentiâ &  
 misericordiâ Dei quasi miraculosè spiri-  
 tualiter sanari. His proinde præcipuè con-  
 venit , quod generaliter dixit Bernardus :  
*Difficilis prorsus res est , & soli divina virtuti*  
*possibilis , susceptum semel peccati jugum a cervi-*  
*cibus excutere ; quoniam qui facit peccatum ser-*  
*vus est peccati ; nec est jam liberari nisi in manu*  
*forti. Et ante ipsum Gregorius : Flagitio-*  
*rum conversio facilis non est.*

2. 2. quest.  
 14. q. 3.

Serm. de  
 trip. Miss.

Lib. 5. c. 4.  
 in l. 1. reg.

§. II.

*Non soli obstinati difficulter convertuntur.*

**V**erùm non rectè id ad solos obstina-  
 tos restringit Appendix, secùs affe-  
 rens de non obstinatis. Non enim omninò  
 obstinatus erat Augustinus, dum jam bo-  
 nam voluntatem habebat, ut Deum gratis  
 coleret, atque auditâ Victorini conversio-  
 ne exardebat ad imitandum : sed tamen adhuc  
 prægravari se sentiens , *Illi rei ergò suspira-*  
*bam , inquit , ligatus non ferro alieno , sed meâ*

L. 8. Conf.  
 cap. 5.